PTLOMAEI

COSMOGRAPH

In Circumcisione Domini,
et Octava Nativitatis

Introitus.

Puer natus

Uer p

BEATISSIM·PRI·ALEXADRO·V·POTIFIC·IACOB·AGEL·

ADTEMPORA claudii ptolomei uiri alexandrini cogitanti mihi illud occurrit utquemadmodũ in rebus ceteris quae a natura gignuntur secula aliquãdo ipsa ex celestium siderum [illegible] quae inferiora uim mutant seu ex ipsi[illegible] aeris terreq; temperie seu ex utroq; quod ta[illegible] causam unam habere potest ubertatem quandam uiolentam parunt sic et in preclaris [illegible] est. Apud enim diuum Platonis seculum per multos egregios floruisse philosophos nouimus per multos etiam oratores eademq; Demosthenis tulerunt secula. Quot pre[illegible] clarissimi clarissimum diuum Augustinum impe[illegible] Dialectarum scriptorum principes qui in nostra religione habentur et apud grecos et apud nos nonne ex una tanq; matre uel uido[illegible] ut ita gemuerunt secula. Nec in liberalibus tan[illegible] sed in ceteris multarum rerum aliis disciplinis [illegible] aliarumq; artium quas [illegible] quaedam una excellentissime usurpauisse [illegible] Et si parua componere magnis li[illegible] hoc ipsum nostrum seculum in ciuitate pre[illegible] nostra florentina quot emicuit ingenis [illegible] prope modum sopita liberalibus studiis ma[illegible] in gloriam suscitauerunt. Tulerunt et auctorem omnium mathematicorum hunc Ptolomeum diuum Antonii tempora quae abũde clarissimis et aliis floruere ingeniis quorũ opera immortalitati ipsi seculum illud consecrauit. Alii quidem alia. Ptolomeus uõ ipse quã multa diuinitus edidit inter quae et orbis situm diligentissime ut cetera a mathematicis nõ discedens exhibuit. hic enim alio quodam mõ q; nostri latini inter quos Plinius secundus cosmographorum palmam ferre uidetur rem hanc tractaut. Illi enim licet habitabilem uniuersi orbis situm descripserunt: non tamen ex eorum preceptis plane captari potest qua arte totius orbis pictura firmari ualeat ut proportio cuiusq; partis ad totum uniuersale seruetur. Preterea nemo ab illis doceri potest nisi grossiori quodam modo seu quãte inclinationes sint ad quatuor celi plagas eorum situm quos in pictura figere decreuimus. Nedum quippe longitudinem locorum affixo quodam totius nostre habitabilis termino eluctam quae tamen rara inuentio est sed nec latitudinem ponunt. Nostrorum et nullius precepta tradidit habitabilem ipsum orbẽ in plures picture tabulas posse [illegible] sura cum toto eo[illegible] tabula. Eo unde[illegible] nemo prodidit qua ratione orbis ipse noster qui sphericus in superficiem planam deducatur. Non quod nostros qui prestantissimi in ea traditione extiterunt arguendos tantis per censeam sed quod suis contenti limitibus historicorũ more rem suam summa industria et cõplexi sunt et prosecuti qui et alia quaedam habent quae ab auctore hoc Ptolomeo uidentur preterm[illegible]. Vt autem ea quae ab illo absoluta sunt diuino quodam ingenio cum nostra etiam habeantur in latinum ipse curaui transferre sermonem. Opus nempe impeditum et si uir de se inquit Mela eloquentiae minime capax. eo hoc magis erit quod precepta ipsa traduntur quae in elegantia et materia non nisi dicendi genus ab elegãtia ferme semotum posse admittere uidetur. Preterea cum circa celestes maximeuersentur circulos ob idq; cum obscuriora etiam sint suauia minus securi sumuntur et iudicantur. Quare sacrum presensq; numen expectata religionis uere salus quem nulla diuinarum rerum et humanarum archana latent: quẽ ad peslundandum orbis qui nunc tibi subiicitur regnum humana pietas et

Es del Colegio Mayor de Cuenca

duinum allicit premium quem ne ad
hoc nostrum desiderandum opus super
num quoddam presagium futuri iam
imperii tui impulit ut plane hinc cogno
scerem q̃ amplissimam potestatem totius
orbis mox essem adepturus: ueniam dabis
pontifex maxime Hyeronimi preserti
dum interpretis memor qui de inter
prete Cicerone quem eloquentie aureū
flumen appellat se admirari loquitur
quod interdum in transferendo ita hesitet
ut qui a Cicerone dicta nesciat a Cicerone
dicta non credat. Ceterum geographia
hoc est terre descriptionem auctor hic
noster hoc omne opus grece nuncupat.
Quam appellant uir seculi nostri eruditi
ssimus Manuel constantinopolitanus
sapientissimus litterarum grecarum seculi
nostri apud [illegible] preceptor dum in latinū
eloquium id transferre [illegible] licet
pater incipit non mutauit. Sed nos in
cosmographia id uertimus: quod uoca
bulum licet et grecum sit tamen apud
latinos ita usitatum est ut iam pro no
stro habeatur. Credamusq: uirum eum
si id quod transtulit emendasset omni
no illud in cosmographia mutaturū
fuisse. Nam si Plinius ceteriq: latini
qui terre situm descripserunt opus
suum cosmographiam appellant: et au
ctores ipsi cosmographi dicuntur ne
scio cur ptolomei opus qui idem trac
tat eodem uocabulo apud nos appellari
non debeat. Si uō uelint ptolomeum
ipsum ut diximus longe a nostris differ
re cosmographis nam assertiones hu
ius operis q̃ maxime ex celestibus sū
mit tum magis nobiscum sentiunt
tum in cosmographie uocabulo plus
quiddam q̃ ipsa notetur terra quae
geographie nomen tribuit. Cosmos
enim grece latine mundus: qui tērā
celumq: ipsum quod per totum hoc
opus tanq̃ rei fundamentum addu
citur: plane significat. Quod ergo ge
ographiam dicunt greci non in om
nibus cosmographorum operibus exē
plo nostrorum hoc maxime in opere cosmogra
phiam usum est propius dici. Sed de his satis
iam iam ptolomeum ipsum latine loquentē
audiamus.

CLAVDII PTOLOMEI COSMOGRAPHIAE PRIMVS HAEC HABET.

In quo differt cosmographia a corographia
Quae ad cosmographiam presuponenda sunt
Quomodo est et stadiorum dimensione cuius
cumq: distantie licet non sit sub eodem meri
diano mensura ambitus terre sit percipien
da et econtra.
Quod superioribus obseruata preponenda sunt
notitie peragrantur.
Quod historiis magis nouis credendum sit ob
mutationes quae diuersis temporibus in orbe
contingunt
De edictione cosmographie marini
Emendatio latitudinis marini ab obseruatione
superiorum.
Eadem emendatio ab itinerum peragratione.
Eadem emendatio a naugationibus factis.
Quod non ponendi ethiopes sunt magis au
strales qua parallelus oppositus parallelo per
meroem.
Quae in longitudine a marino tradita sunt.
Emendatio longitudinis note terre a peragra
tionibus.
Eadem emendatio a naugationibus.
De naugatione ab aurea chersoneso ad cati
gara.
De his quae in expositione particulari maxi
mus dissentit.
Quod quaedam pretermisit de regionum fi
nibus
In quibus dissentit ab historia nostri temporis.
De incommoditate marini in designatione ōbis.
De inequalitate dimensionis tabule marini
De incommoditate nostri operis in designatio
ne orbis.
Quae seruanda sunt ad designationem orbis
in plano.
Quomō habitabilis nostra in sphera designan
da sit.
Expositio meridianorum et parallelorum in
orbe designandorum. equalis.
Qualiter in plano terra designatur spherico co

CLAVDII PTOLOMEI COSMOGRAPHIAE LIBER PRIMVS INCIPIT.F.

In quo differt cosmographia a chorographia.

COSMOGRAPHIA designatrix imitatio est totius cogniti orbis cum his quae fere uniuersaliter sibi uinguuntur. A chorographia haec differt. Nam chorographia particularium a toto loca abscidens per se de quolibet ipsorum agit: describens ferme singula etiam minima conceptorum a se locorum quemadmodum portus uallas uicos fluuiorum scissiones ac huiusmodi alia. Cosmographie proprium est unam eandemq: continuam habitabilem terram nobis cognitam ostendere quomodo natura sitiq: se habeat circaq: ea tantum intendit quae per descriptiones orbis magis generales sibi uinguntur: ueluti circa maiora oppida magnas ciuitates montes etiam fluuiosq: insigniores. Preterea circa ea etiam quae uixta quamlibet spem maiori nota digna sunt. Finis cirographie est partem totius sigillatim animaduertere: ut si quis aurem tantum aut oculum pingat. Cosmographie uō totum inspicere uixta proportionem: ut si integrum quis caput designaret. Integris enim imaginibus cum oporteat potiora membra primum adhiberi deinde ea quae imagines picturasq: suscipiunt ita equa dimensione inter se se locari: ut ex uista distantia uisu possint discerni an totum seu pars sint illius quod pingitur: sequitur non indigne nec preter rem cirographie quaecunq: etiam minima cosmographie uō regiones ipsas cum ipsis his quae generalius sibi adnectunt proprium esse tribui. Nam potiores nostre habitabilis partes quae equa dimensionum proportione notabuntur: prouincie siue regiones sunt: et harū peiora habentur membra differentie magis insignesq: quae in ipsis regionibus sunt. Versatur autem chorographia q̄ maxime circa quale magisq̄ circa quantum eorum quae describuntur. Circa enim pingendi similitudinem omnino uertitur circa situm proportionumq: dimissa. Cosmographia magis ad quantitatem q̄ qualitatem intēdit. Nam de proportione distantiarum animaduertit in omnibus: de pingendi uō proprietate non nisi solum imaginibus maiorum descriptionum. Vnde cirographia pictura eget: nullusq: eam recte componit nisi homo pictor. Cosmographia autem non idem expetulat. Nam poterit quis per puras lineas nudasq: denotationes loca figere ac figurationes generales inscribere. Quare illi mathematica opus non est: sed cosmographie ea est potior pars. Contemplari enim in hac oportet totius orbis magnitudinem et formam: preterea situs ad totum orbem ut fas sit partem conceptam qualis et quanta sit dicē et sub quibus celestis spere parallelis locetur. Vnde de dierum ac noctium magnitudine de fixis quae supra uerticem nobis sunt: de stellis quae supra orizontem semper [illegible] de his quae per[illegible] non oriuntur: de omnibus denique quae ad rationem habitationum nostrarum spectant disserere poterit quae humanis ingeniis mathematico iure demonstrari altissimum ac pulcherrimum est: ut celum scilicet ipsum natura se habeat: cum ueluti ambiens nos ostendi possit: ut terram ipsam per imaginem intueri ualeamus: quae cum certa et maxima neq: uel tota uel pars nos circumambiat: ab iisdem quibus celum peragrari potest.

Quae ad cosmographiam posponenda sunt.

Vis cosmographie finis et in quibus a chorographia differat strictim in prioribus adnotatum sit. Cui autem īpresentiarum propositū sit habitabilem nostri orbis describere: quam maxime fieri possit intra se se coequalem necesse arbitramur in exordio haec proponere: quod huius rei primum est. Hystoria peragrationis plurimam notitiam nacta ex illorum traditione qui diligentissime regiones quasq: explorauerunt: quodq: huiusce animaduersionis atq: traditionis ad geometricam hoc: illud ad obseruationem fixarum pertinet. Quod geometricū est per puram dimensionem distantiarum ostendit qualiter loca inter se se sint sita. Quod ad superiora refertur eorundem locorum positiones per fixas docet: cum organis astrolabigis ad cap

tandas umbras inuentis idq; certum quidem est nec in aliqua re anceps. Aliud uō genus est imperfectū et altero eget. Nam primo cum necesse sit utroq; in modo presupponi ad quae situm aliorum locorum distantia uergat non enim solum scire oportet quantum hic locus ab illo distet sed uersus quam celi plagam hoc est an septentrionem seu ut ita loquamur ad solis ortum aut alias particulares inclinationes possibile est hoc diligentius considerari absq; dictorum strumentorum ope. Ex ipsis enim omni in loco omniq; in tempore facile inueniri potest linea meridiani et per hanc distantiarū peragratarum notitiam. Deinde hoc etiam dato dimensio quae fit ex numero stadiorum nobis certam notitiam aut prebet ob itinera quae raro recta sunt diuersionibus multis terra mariq; actis ut opus sit ex terrestri itinere secundum qualitatem et quantitatem distantiarum obliquarum id quod [illegible] excedit coniectare atq; e stadiorum summa minuere [illegible] recta inueniatur. Quod etiam ex nauigationibus ea ex cauta[illegible] tingit et ex uentorum pariter flatu per totum iter cum equalitate minime seruato. Preterea et si eorum locorum distantia diligenter habita est non tamen habetur ratio ad totum terre ambitum neq; captatur situs eiusdem ad equinoctialē circulum uel ad polorum situm. Distantia autem quae ex obseruatione superiorum acquiritur horum quodlibet diligenter ostendit. Preterea quantas circumferentias uicissim circuli paralleli meridianiq; qui per loca ipsa sunt de[illegible] intercipiūt hoc est quales circumferentias in meridionalibus paralleli et equinoctialis intercipiunt: quales ne in parallelis et in equinoctiali meridionales: deinde [illegible]ur quotam partem occupent ipsa duo loca circumferentie maximi circuli qui per eadem in terra circumscribitur. Quae dimensio parta ex superioribus stadiorum numeratione non eget habita ratione partium terre ad totius descriptionis ambitum. Nam sat est circumlationem ipsius terre supponere tot esse partium quo libuerit et harum totidem contineri a distantiis prenotatis in circulis ipsius terre maximis. Sed ad diuidendum totum terre ambitum aut ipsius partes in distantias nostris stadiorum dimensionibus notas haec eque non sufficit. Quare ob hoc necesse fuit quandam recta in terra distantiam alicui circumferentie maximi cuiusdam celestis circuli adaptare et ex fixis habita huius proportione ad totum circulum ac percepto numero stadiorū ipsius seu date in terra distantie poterimus totius orbis ambitum per stadia metiri. Concessum enim cum sit ex mathematicis demonstrationibus totius terre et aquae superficiem ad totum sphericam esse et idem centrum cum spera celestium simul habē et quod plana quaelibet quae per centrum emittuntur in communibus sui et ipsarum celi terreq; superficierum sectionibus maximos circulos faciunt quodq; eorundem planorum anguli qui circa centrū sunt circumferentias circulorum ipsorum interceptas eiusdem uimus rationis efficiunt. Sequitur distantiarum quas interea suscipimus quantitatem quippe stadiorum si distantie recte sint ex dimensionibus posse percipi rationem uō ab eisdem stadiis ad totum terre ambitum minime inueniri quia nulla ad totum proportio hinc dari potest. A simili autem circumferentia celestis circuli datur. Nam celestis circumferentie ratio in propria totius terre circulatione captatur. eademq; ratio similis portionis circulo terre quae ad maximum ipsius circulum.



Quomodo ex stadiorum dimensione cuiuscunque recte distantie licet non sit sub eodem meridiano mensura ambitus terre sit percipienda et ecōtra.

Priores non tantum querebant rectam distantiam in terra ut circumferentia maximi circuli captarent: sed eam etiam quae situ teneret in plano sub uno proprio meridiano. Vnde per instrumenta quae diximus obseruantes puncta quae supra uerticem erant utriusq; finis distantie date ex his signis per interceptam meridiani circumferentiam sub equa proportione distantiā in terram notatam habebant. Nam ut dictum est signa prefata in uno plano assumebantur et linie transeuntes per extrema distantie ad puncta que supra uerticem erant necessario concurrebant et huius coincidentie punctus commune circulorum ipsorum ipsorum erat centrum. Quota ergo par circuli per polos descripti uidebantur intercepta ab utroq; puncto supra uerticem absumpto totam esse constabant circumferentiam ad totū terre ambitum. Sed si huiusmodi distantia nō est sub circulo per polos descripto sed sub alio quolibet maximorum idem ostendi potest obseruan-

tis pari modo de obseruationibus poli in terminis p
suis distantie et animaduerso simul situ quem ha
bet ipsa distantia ad alterum meridionalium Que
plane demonstrauimus nos per organum quod ad
obseruationem umbrarum struximus per quod
facile utilissima alia qui multa captamus et die quo
libet noctuq; eleuationem poli septentrionalis om
niq; ora meridionale situm haberemus distantie
date huiusq; dimensionem hoc est qualis facit an
angulos maximus circulus descriptus per lineam
distantie cum circulo meridiano iuxta punctum
qui supra uerticem est. Ex quibus et quesitam
circumferentiam per ipsum strumentum ostendi
mus et circumferentiam equinoctialem a duobus
meridianis interceptam paralleli alii sint q̃ equi
noctialis Vnde iuxta demonstrationem hanc si
metiemur unam solam rectamq; in terra distantia
numerus stadiorum totius ambitus terre inueni
ri potest: per quae autem hoc reliquum est ut et
omnium distantiarum mens dimensio licet recte
etiamsi non sit neq; sub eodem meridiano aut
parallelo percipiatur eleuatione poli et inclinatio
ne distantie ad meridianum diligenter seruata.
Contra enim circumferentie ad maximum circuli
stadiorum numerus facile haberi potest a cognita
circulatione totius terre.

Quod obseruata ex superioribus preponenda sunt notitie peragrationum.

Si ergo sic habitis qui regiones singu
latim circumambulauere si huiu
modi obseruationibus usi fuissent
omnino certa descriptionem nostre
habitabilis facile potuissent Sed cum solus hip
parcus paucarum admodum cuntatum pre ca
rum copia quae in cosmographia notantur ele
uatione polis artici nobis tradiderunt ac loca per
pauca sub eisdem sica parallelis notauerit Aliq
uõ post ipsum quaedam retulerunt locorum
oppositorum non tamen quae equaliter dista
rent ab equatore sed simpliciter sub eisdem sita
meridianis id sumentes ex naungationibus uel
borea uel austro secundo factis q̃ plures autem
distantiarum presertim quae ad ortum solis si
ue occasum uergerent concepte fecerunt ex ge
nerali quandam traditionem non ex auctorum
ipsorum ignauia sed quod non dum diligentioris
mathematice usus foret preterea quia nõ multi
defectus lunares in eodem tempore diuersis in locis tũ
obseruati fuerunt quemadmodum eclipsis illa que
in arbilis sub hora quinta in carthagine uõ sub secũ
da hora notata fuit ex quibus uideri posset quot
horis equinoctialibus seu quot temporum spatiis lo
ca inter se se distarent ad ortum solis uel ad occa
sum Equum quoq; est descriptorum cosmogra
phiam quae nouerit diligentiori obseruatione no
tata tanq̃ operis sui fundamenta proponere: alia
autem a ceteris tradita his adaptare quousque
ipsorum inuicem situs q̃ maxime fieri possit cum
primis traditionibus certiores inuenientur.

Quod nouioribus historiis credendum magis sit ob mutationes quae diuersis temporibus in orbe cõtigũt.

Hitum nostre descriptionis his preli
batis sic eque haberi poterit sed cum
loca omnia quae aut ob infinitam co
rum magnitudinem aut quia non sem
per eodem modo se se habent nonnumquam satis ex
plorata sint [illegible] tempus eorum noti
tiam semper certiorem faciant circa quae cosmo
graphiam hoc animaduertendum uidetur cum
concessum sit ex traditionibus uario in tempore
editis non unas nostri continentis partes ob excessũ
siue magnitudinis non dum ad nostram peruenisse
notitiam aliquas uõ non quemadmodum se se ha
beant ob peragrationum nobis minus diligenter
traditas alias autem esse quae nunc aliter q̃ hacte
nus se se habeant siue ob corruptiones siue ob mu
tationes in quibus pro parte corruisse cognite sint
necesse nobis in ad nouas temporis nostri traditio
nes magis intendere librando tamen in expositio
ne illorum quae nunc tractantur et in selectione
eorum quae hactenus tradita fuerint quid sit
quidue non sit credendum

De editione cosmographie marini.

Arinus igitur tyrus tempesta
tis nostre cosmographorum po
stremus summo uidetur studio
huic materiei se intulisse Nam
plura explorauisse cognoscitur preter ea quae ha
ctenus nota fuerant deinde omnium ferme histo
ricorum quicum preuenerant notitia diligentis
sime habita non tantum quaecumq; ab alis errata
fuerant emendauit sed illa etiam quae ipse idẽ
male tractauerat quemadmodum in edictionib
pictę siue cosmographie quae q̃ multa eliminauit

licet animaduertere. Sed si inspiceremus ultimo
eius operis nihil deesse satis et nobis foret ex ubis
eius tantum commentarius absq; aliorum uestiga
tiones habitabilem nostram describere. Verum
cum ipse uideatur quibusdam animaduersione
aut satis fidei digna assenturi preterea circa mo
dum designationis noscatur septus neq; dime
sionum neq; oportune facilitatis debitam cura
agere non indigne moti sumus ut ad rationē
usumq; petamus fore commodius operi confer
re et uiro. Quod quippe absq; uerborum insolen
tia q̄ maxime id fieri poterit efficere conabimur
utrumq; erroris genus attingentes breuiter uti
ratio ipsa dictabit. Primumq; id quod ad historia
attinet queramus ex qua opinatur ipse ad maio
rem longitudinem uersus ortum solis ac ad maio
rem latitudinem in meridiem quam fas sit terra
nobis notam produci. Non autem uniquius super
ficiei distantiam tendentem ab occasu ad ortum
solis longitudinem appellamus atq; distantia a
septentrione in meridiem latitudinem cum in
motibus celestibus parallelos similiter nuncupe
mus. preterea quod q̄ maxime maiorem distan
tiam nostre habitabilis quae ab ortu solis in occa
sum est extenditur: multo maiora ea esse quae
a septentrione ad meridiem uergunt.

Emendatio latitudinis Marini ab obseruatione superiorum.

PRimum igitur latitudinis terminum ponit et ipse tylem insulam
sub parallelo qui plagam maxi
me septentrionalem terre no
bis note diuidit: quem parallelum ostendit quā
potest clare ab equinoctiali distare sexaginta et
tribus gradibus: qualium est meridianus circu
lus trecentorum et sexaginta. Eam autem la-
titudinem notat triginta et uno milibus ac quin
gentis stadius ueluti gradus quilibet ex quingen
tis stadius prope modum constet. Post haec regio
nem ethiopum Agysimbam nomine et prasum
promontorium ponit sub parallelo qui plagam
maxime australem nobis cognitam finit: quae
paralellum sub hyemali tropico sistit. Quare om
nis latitudo inter equinoctialem et tropicum
hyemalem ac inter tylem et eundem equinoc
tialem in unum coacta gradus fere septem et
octuaginta complet: stadia uō quadraginta
et tria milia ac quingenta. Conatur aut rationē
australis finis ostendere per obseruationes quasdā
fixarum ut ipse putat: et per itinera quaedam
terra mariq; facta: quorum quodlibet attinge
mus breuiter. In obseruatione quidem fixarum
in tertio operis sui uolumine sub his uerbis memo
rat. Zodiacus supra torridam zonam totus fer
tur: ex quo in ipsa umbre mutantur: et omnes
fixe oriuntur et occidunt. Sola autem minor
ursa incipit supra orizontem tota uideri: in oce
de plaga septentrionali stadius quinque milibus
et quingentis parallelus enim per ocelem gradib
undecim et duplici quintam eleuatur. Ab hipar
co autem traditur minoris urse stellam quae australi
or in ea est quae ue ultima in eisdem cauda uocat
a polo distare gradibus xii. et quinta duplici ac
ab equinoctiali profectis ad tropicum estualem po
lum articum continuo ferri supra orizontem austra
lem uō magis demergi. Praeterea his qui ab equa
tore ad tropicum hyemis pergunt australem po
lum supra orizontem eleuari septentrionalem
uō deprimi. Vnde per haec euentus sub equinoc
tiali aut inter geminos tropicos solum narrat.
Quod autem aliqua notitia per obseruationem
fixarum uere habita fuerit in locis magis australib
q̄ circulus equinoctialis minime tradit ueluti si
alicubi stellas australes q̄ equinoctialis supra uerti
cem ponere: seu si meridionalem umbras in equi
noctiis ad austrum declinari diceret aut si stel
las minoris urse oriri aut occidere ostenderet: seu
ipsarum aliquas non omnino uideri australi po
lo supra orizontem elato: per ea autem quae de
inde tradit quasdam narrat fixas obseruatas fu
isse: quae tamen mentem suam omnino non asse
runt. Inquit enim eos qui ab indis ad limuricam
nauigant ut Diodorus samus narrat in tertio ta
urum in altiori eius loco ad medium celum habē
et pliadem ad medium antenarum. Qui autē
soluunt ab arabia ad azaniam recta ad meridiē
nauigant: et aduersum canobum stellam qui il
lic hippos hoc est equus appellatur et longe austra
lis est. Stellę autem quae illic uidentur apud nos
haud nominantur et canis prius precanis oriatur
ac orion totus an punctus ubi sol ad tropicum esti
uum conuertitur lucet. Ex his ergo stellarum
obseruationibus quasdam manifeste ostendit ma
gis septentrionales q̄ equinoctiales ueluti cum

dicit taurum pliadem fieri supra uerticem nauigationibus. haec enim circa equinoctialem sunt. Quasdam autem non australes magis q̃ septentrionales ostendit. Nam canobus uideri etiam potest a longe magis septentrionalibus q̃ sit tropicus estiuus plures q̃ ex fixis quae apud nos semper latent in locis magis q̃ nos australibus ac magis etiam septentrionalibus q̃ equinoctialis ut circa situm meridies supra orizontem uideri possunt quemadmodum supra terram ipse eleuatur minime q̃ ab his uidetur qui magis q̃ nos septentrionales existunt. hunc quippe qui ad meridiem magis tendunt hyppum hoc est equum appellant nec hoc nomine a alia dicitur stella ex nobis incognitis deinde etiã infert se ex mathematicis demonstrationibus percepisse quod orion totus apparet ante tropicum estiuum his qui sub equinoctiali habitant apud quos etiam canis prior q̃ precanis oriri incipit qd usq̃ ad sienem seruatur. Ex quibus etiam conseruationibus nihil proprium aut necessarium esse uidetur quod habitationum situs magis australes sint q̃ circulus equinoctialis.

Eadem emendatio ab itinerum peragrationibus.

IN peragrationibus autem computans itinerum dies sigillatim a magna lepti ad gisymbam regionem hanc uiginti quattuor milibus ac sexcentis et octuaginta stadiis magis australem q̃ equinoctialem ostendit. Nauigando uõ diesolutionis a ptolemiade quae est in troglodinca regione ad prasum promontorium colligens concludit: hoc esse australius equinoctiali stadiis uiginti et septem milibus ac octingentis: unde infectum prasum promontorium et a gisymbam regionem ethyopum in frigida zona oppositi nostri orbis uixta eiusdem uiri rationem sitã esse. Nam uiginti et septem milia stadiorum ac octingenta in meridiano constituunt gradus quinquaginta et quinq̃ cum triplici quinta quot gradibus ex altera equatoris partes uixta easdem celi qualitates sese secedunt et sarmate qui septentrionalia paludis meothidos incolunt. Reducit igit et ipse numerum stadiorum ad dimidium minusue hoc est ad stadia duodecim milia quot hyemalis tropicus ferme distat ab equinoctiali. Causas huiusce sectionis esse tradit diuersiones ac inequalitatem itinerum missis his rationibus ex quibus non tantum corripere necesse uidebatur sed etiam numerum o ad medietatem erigere primum enim in peragrationum narratione refert. Septimum flaccum qui in lybia militauerat a garamantibus ad ethiopas trium mensium spatio peruenisse uersus meridiem iter agentem. Iluum uõ matertum a magna lepte et a garame una cum rege garamantum qui ethiopibus bellum induxerat inquit uersus meridiem semper profectum in quattuor mensibus uenisse ad gissymbam ethiopum regionem: quo scilicet in loco ri noceronteſ conuenunt. horum utrumq̃ ex se ipso incredibile est: partim quod ethiopes nõ adeo a garamantibus absunt ut spatium triũ mensium requiratur cum garamantes ipsi maxime ethiopes sint et sub eodem regantur imperio: partim quia ridiculum est regem p[illegible] prouincias recta a septentrione ad meridiem iter egisse: et cum uersus solis ortũ ac occasum gentes ille longissimis effundantur spatiis: quid nec ubi moras nota dignas traxerit. Ex quibus non ab ratione est uiros aut hiperbolice locutos fuisse aut sic meridiem intellexisse: quemadmodum uulgo dici solet ad austrum uel ad nothum. hisq̃ abusos magis q̃ diligentie ueritatis innixos.

Eadem emendatio a nauigationibus factis.

EIusdem nauigationes inducens inter aromata et rapta refert quendam Diogenem ex his unum qui in indiam nauigarant cum diuertisset et profecturus uixta aromata esset ab artico borea impulsum fuisse cumq̃ ad dextram trogloditicam haberet regionem uiginti et quinq̃ diebus ad paludes unde nilus fluit penetrauisse quibus raptorum promontorium paulo ad austrũ magis extenditur. Teophilum etiam narrat unum ex his qui mazamam soluerant a raptis impulso austri uigesima die ad aromata uenisse. horum uterq̃ quot dierum ea nauigatio foret non expressit. Teophilus quidẽ ut inquit die uigesima applicuit. Diogenes uõ uigesima quinta die uixta trogloditicam

nauigauit uterq; enim licet retulerit quot diebus na
uigauerint non tamen aperuit quot dierum ea
esset nauigatio ob uentorum uarietatem atq; mu
tationem quam fas fuit in tanto temporis spatio fu
isse. preterea neq; quidem ad septentrionem uel
ad austrum continuo se nauigasse inquiunt sed
aut diogenes se tantum ab artico impulsum borea.
Teophilus uõ se nauigasse per austrum. Reliquam
autem nauigationem quod eandem qua equalita
tem continuo seruauisse neuter retulit. Non enim
credendum est tam multis diebus eundem flatus te
norem fuisse seruatum. Vnde cum diogenes ab aro
matibus ad paludes quibus raptorum promontori
um paulo australius est uigesima et quinta die nau
gauerit et Theophilus a raptis ad aromata quae
distantia maior die uigesima pertransierit. preterea
asserente theophilo unus naturalis diei nauigatio
nem si secunda fiat mille stadiorum esse tamen in
quit nauigationem a raptis ad prasum promontorũ
quae multorum dierum a diascoro quinq; milium sta
diorum tantum modo poni. Nam facillime inquit de
cet sub equinoctiali uariantur uenti. preterea acces
sus uixta equinoctialem sub ex utraq; solis parte per
nitiores sunt. Ex his igitur equus erat numero die
rum non assentiri. preterea quod efficacius quod
computatio facta ethiopas et rinocerontum conuẽ
tum in frigidam alteram zonam opposite habitabilis
terre extendit. Ratio enim ipsa asserit omnia ani
malia omnesq; plantas eque similitudinem unam
trahere sub una celi qualitate aut aeris temperie hoc
est sub eisdem parallelis aut sitibus equaliter ab utro
q; polo distantibus uixta proportionem unam omni
um qualitatem esse. Quare maximus uixta hyema
lem tropicum latitudinem perstrinxit nulla pre
dita ratione tante contraditionis si admittat quis
dierum numerum et peragrationum nauigationũq;
seriem quam ipse exprimit. Sed hoc animaduer
tens ille numerum tantum mõ diurnorum stadi
orum minuit idq; preter modum aut consuetu
dinem agit quousq; ad optatum et oportunum
parallelum deueniatur. Agendum autem contra
fuit. Nam diurne quidem peragrationi eidemq;
possibili facile fuit credendum equalitati uõ itine
rum seu nauigationum aut quod per lineam re
ctam continuo itum fuerit assentiri minime de
cuit cum ex his distantia quesita non posset habe
ri sed solum nouisse fas fuit quod eadem latitudo
ultra equinoctialem protenditur. Sed hoc ipsum a cer
tiori modo obseruatione scilicet quorundam superi
orum cognoscere erat equius. Quod omnino diligen
tissime explorasset quis sic ex mathematicis plane cõ
sideraussset quae in illis regionibus accidunt. Cum
uõ animaduersio haec aut habita fuerit relinquitur
ut quod magis ratio dictat simplicius quantitatem di
stantie quae equinoctialem egreditur animaduerta
mus. habetur autem id per genera atq; formas colo
resq; animantium ibi degentium. Ex quo non uide
tur consequens esse parallelum a gisymbe regionis qua
liter libet ethiopum esse usq; tropicum hyemalem attĩ
gere sed circa equinoctialem terminari. Non enim
apud nos in locis illis oppositis hoc est sub estuo tropi
co colores habentur ethiopum neq; rinocerontes a
aut elephantes sunt sed in his locis non multum au
stralioribus modice nigrent quemadmodum qui
interea syenem triacostachinum habitant quales
ob eandem causam Maximus ipse describit esse ga
ramantas quos nec in ipso estuali tropico nec magis
eodem tropico septentrionales sed longe australes
esse tradit in locis autem circa meroem abunde
sunt nigri et cum primum pueri ethiopes ubi et
elephantum et monstruosorum animantium ge
nus alitur.

Quod non ponendi sunt ethiopes magis australesq;
parallelus oppositus parallelo per meroem.

Vare nunc usq; actum bene uideri
poterit hoc est quousq; traditio il
lic nauigantium narrat ethiopes
agisymbam regionem et prasum
promontorium ceteraq; quae in eodem parallelo
sunt sita in opposito per meroem parallelo describe
re id autem erit in situ distanti ab equinoctialiuer
sus meridiem gradibus pariter sexdecim ac tertia
et duodecima stadiis uõ octo milibus ac ducentis
ferme quo pacto tota eiusdem habitabilis latitudo
pene colligitur graduum septuaginta et nouem
ac tertie et duodecime uel ad summum octuagin
ta stadiorum uõ quadraginta milium distantia
quippe inter magnam leptem et garamam quẽ
admodum Flaccus atq; maternus tradiderunt sta
diorum ponitur quinq; milium pariter ac qua
drigentorum uigesima nanq; dies secunda pro
fectio est emendata post primum iter ut tota ad
meridiem uel ad septentrionem directa sit cum
primum iter ob flexiones dierum triginta fuerit.

Numerum autem stadiorum cuiusq; diei eos exposuisse memorat qui id iter sepius peragrauerunt quod non tantum pulchre sed necessario animaduersum est ob aquandi diuersiones. Quemadmodum autem de ma ris magnisq; ac nondum recte exploratis distantiis du bitandum est sic illis quae nec magne nec rare sed sepius a multis peragrate sunt credi fas est.

Que de longitudine amarino male sunt tradita.

AD quantum igitur spatium situs no stre habitabilis congrue extendi in latitudinem possit ex his nobis ma nifestum est longitudinem uō Ma rinus inter duos meridianos notat quindecim horarū spatium continentes. Nobis autem uidetur distantiā hanc uersus solis ortum plusq; decet extendi quae si contrahatur iuxta fas debitumq; non integra duo decim horarum spatia constituere posse uidebitur cum in ultimo occidentis termino similiter ponant insule fortunate plagam uō orientalem seres sineque ac cattigara terminent. Distantiam uō ab insulis for tunatis ad transitum eufratis per hierapolim sub pa rallelo per rhodum similiter seruamus et nos cum nu mero stadiorum ab ipso sigillatim exposito partim ob frequentem itineris usum partim quia in maioribus distantiis uidetur et ipse recte collegisse id quod ex flexionibus et in equalitatibus itinerum mendan dum fuerat. Deinde etiam quia ponit gradum unū qualium est circulus maximus tercentorum et sexa ginta in superficie terre quinquaginta stadia inter cipere quod ex notis certisq; dimensionibus liquet. Similem autem circumferentiam rhodiensis paralle li hoc est distantis ab equinoctiali triginta et sex gra dibus quadringentorum ferme stadiorum esse ex ponit. Quod enim in eis equalitatem rectam exce dit secundum rationem parellelorum ex paucitate sua punguori donatur computo distantiam uō que ab ipso transitu eufratis usq; ad turrem lapideam comprehenditur inquit ipse schinorum octingento rum ac septuaginta et sex esse stadiorum uō uigīti et sex milium ac ducentorum et octuaginta. Deinde a turri lapidea usq; seras metropolim serum iter esse dicit septimestre stadiorum autem triginta et sex milium ac ducentorum. Verum ut ambas distantias ad eundem parallelum redigamus iuxta equam cō tradictionem emendamus. In ambabus quippe pe ragrationibus non uidetur ipse defalcasse quod ex enormitate circumflexionum superest. preterea et in secundo etiam itinere in easdem uidetur incidi sse fallacias in quibus a garamantibus agisymbam lapsus est ibi enim computato stadiorum numero per menses quattuor. Coactus est eum plusq; ad me dium restringere possibile quippe non fuerat per tot dierum spatium iter semper uniforme fuisse quod in septimestri peragratione etiam contigisse haud absurdum est uno magis consonum q̄ in itine re garamantum. Illud enim iter a rege prouincie actum est cum non parua sicut decuit diligentia deinde sub celo omnino sereno peragratio autem a turri lapidea ad seras ualidiores suscepit hyemes. Subiacet nanq; ut ipse ponit parallelis per bizan tium hellespontumq; Ex quibus dilationes mul tas in itinere ipso fieri necesse fuit cum etiam ei us profectionis causa negotiatio esset. Refert enī Maemurum macedonem qui etiam titanus di cebatur patre et ipso negociatore genitum hui usce itineris dimensionem notauisse nunc quod ipse ad seras perrexerit sed eo aliquem destina uerit. Sed negociatorum relatibus et ipse haud assentiri uidetur. Vnde Philemoni non abnuit q; longitudinem ibernie insule ab ortu solis ad occa sum uiginti dierum exponit. Memorat enim ipsum a negociatoribus eam percepisse quos ne gligentiores ueritatis esse scribit circa ipsorum commertia occupatos. Eosdem etiam ipse inquit per sepius exiam quadam ambitione distantias maxime augere. hic autem in septimestri profe ctione nihil memoratu dignum retulisse eos qui id iter dimensi fuerunt pro magnitudine tempo ris monstrum est.

Emendatio longitudinis nostre habitabilis a pera grationibus.

QVam ob causam et quoniam et quoniam id iter sub uno so lo parallelo non est sed lapidea turris circa bizantii paralleli̅ et sere australes magis sunt q̄ parallelus per belle spontum equum uidetur multitudinem stadio rum ex septimestri collectorum hoc est triginta et sex milium ac ducentorum non ad minus q̄ ad medium secare sed pro expeditiori intellectu ad solam medietatem. Vt computari possit data distā tia stadiorum decem et octo milium atq; centiū graduum uō quinq; et quadringenta cum quarta. Et enim preter rationem est et omnino absurdū

in utraq. hac peragratione tante sectioni non assenti
ri ac in itinere garamantis eandem contractationē
concedere quod impromptu ratio ibi est differē
tia scilicet animantium degentium in agisymba
regione quae nequaq. possunt preter naturalia
sibi loca traduci. a turri uō lapidea ad seras id pa
ri modo non acceptare quod eadem ratio illic ad
duci nequeat sed per totam distantiam siue minor
ea sit seu amplior similis ipsius aeris qualitas et
impressio sit quemadmodum siquis quia in fur
to deprendi nequeat iustitiam negligat contra
ipsius philosophie documenta unde primam distā
tiam quae scilicet est ab heufrate ad turrim la
pideam octingentorum ac septuaginta et sex
schinorum ob itinerum flexiones ad octingentos
tantum schinos contrahimus stadia autem ui
ginti et quattuor milia. Quod ita esse creditur
ob itineris particulares dimensiones ac regionū
crebros aditus quibus id iter potitum est. Quod
aut diuerticula plura habeat manifestum est
ex his quae marinus ipse ponit peragrationem
enim a transitu heufratis iuxta hyeropolim per
messopontaniam ad trigrin et hinc per garamā
tas iter assirie medorumq. ad hebetana portasq.
caspias preterea parthie ad ecatomphilon fas
est parallelum rohodii suscipere hic enim circu
lus per dictas regiones scribitur. Viam uō ab eca
tomphilo ad hirchaniam ciuitatem necesse est
aut on declinare hirchania ciuitate in medio pro
pe modum posita parallelorum simirne et helle
sponti. Nam parallelus simirne sub ipsa regione
hircanie designatur hellesponti uō per australes
plagas hircani quae parum magis septentriona
les sunt q. ipsa hircanorum ciuitas a nomine re
gionis sue appellata. Deinde iter ab hac ad mar
ginam antiochiam per ariam primo ad meridi
em respicit cum aria sub eodem parallelo quo
porte caspie sita sit post id inclinat cum anti
ochia circa hellesponti parallelum posita sit a
qua aditus ab aetra circa solis ortum extendit.
Ad ascensum post montium commedorum itur
uersus septentrionem. Via preterea quae mon
tana haec egreditur ac perducit ad uallem que
campestria excipit ad meridiem tendit horū
quippe montium septentrionalia et quae ma
gis occidentalia sunt ubi accessus est ponit sub
parallelo bizantii quae australia uō et ortum
uergunt sub parallelo hellesponti. Nam montana
ipsa tradit ad ortum solis palam quasi extensa ad
austrum quodam modo declinare. Inde penthico
stachinum inquit ad lapideam usq turrim ad are
thon usq eque uergere. Vallem enim egressos tur
ris ut inquit Lapidea excipit a qua montes qui ad
orientem solem progrediuntur conuungit qui ad
palimbros ad septentrionem protenditur. Simul
ergo collectis gradibus sex aginta qui notati sunt p
uiginti et quattuor milia stadiorum cum gradib
quadraginta et quinq. et quarta. Colliguntur pre
terea ex dimensionibus quas ipse supponit sub eo
dem parallelo gradus alii ut dicetur. Primo ad me
ridionali notato per insulas fortunatas usq. ad sa
crum hispanie promontorium gradus duo et semis
deinde a ueni fluuii hostia post haec ad angusta
athlantici pelagi atq. calpem similiter gradus duo et
semis in una quaq. distantia. hinc a prefatis angustiis
usq. ad calarum sardinie gradus uiginti et quinq.
A calarum autem id lilibeum sicilie quattuor et se
mis a lilibeo ad pachinum tres. Moxq. a pachino ad
tenarum laconie decem. Inde ad rhodum octo cum
quarta. a rhodo ad hissum undecim cum quarta.
dehinc ab hisso ad heufratem duo et semis. Colligū
tur itaq. totius huius distantie gradus septuagin
ta et duo. Quare omnis longitudo terre nobis cogni
te haec est a meridiano designato seu ter minate ab
ultimo occasu insulas fortunatas usq. ad seras gra
duum centum ac septuaginta et septem cum quar
ta adnotatur.

Eadem emendatio a nauigationibus.

Oniectare quis posset tantundē
esse longitudinis spatium etiā
ex distantiis quae a marino tra
ctantur nauigando ab india
usq. ad sinum sinarum atq. catrigara siqua maxi
me proprius ratio habeatur sinuum argalidum cō
stareq. usq. ad curulum urbem stadiis tribus mili
bus ac quadraginta. Additq. eam ciuitatem sitā
esse ex parte boreę eiusdem cory promontorii.
Colligi posset ea transfretatio tertia tertia parte
deducta iuxta normam gangetici sinus stadio
rum ferme duorum milium ac triginta cum to
ta uentorum inequalitate. Ex quibus ut ad cō
tinuum inuiumq. cursum deueniatur tertia
etiam parte sublata relinquentur stadia mil
le ac trecenta et fere quinquaginta iuxta

boree situm quo redacto ad situm equinoctialis
paralleli et aduentum apeliata deductione medi
etatis iusta ratione anguli transumpti habebimus
distantiam interceptam a duobus meridianis hoc
est ab eo qui per cory promontorium scribitur et
ab eo qui per curulum adnotatur stadiorum sex
centorum ac septuaginta et quinq; graduum uō
fere unius cum triplici tertia. horum enim situ
um paralleli nulla memeorabili nota a maximo
circulo differunt. Deinde a curuli urbe nauiga
tionem inquit esse uersus hyemalem solisortum
usque parula constareq; stadiis nouem milibus
ac quadringentis et quinquaginta. A quibus ter
tia etiam parte dempta obuentorum cursuumq;
in equalitatem habebimus ad unum continuum
motum ad eorum fere direptam distantiam sta
diorum pene sex milium ac trecentorum. A qui
bus sextam partem deducentes ut redigatur distā
tia ad parallelum equinoctialem inueniemus di
stantiam horum meridionalium stadiorum esse
quinq; milium ac ducentorum et quinquaginta
graduum uō decem et semis hinc gangeticum
sinum ponit decem et nouem milium stadiorum.
Et quoniam ad equinoctialem ortum dirigitur
cursus ex montium in equalitate tertia tantum
pars deducitur numero. Quo facto relinquetur ut
horum meridionalium sit distantia stadiorum
octo milium ac sexcentorum et septuaginta gra
duum uō decem et septem cum tertia. deinde
nauigationem a sinda ad urbem camala facit
stadiorum trium milium ac quingentorum ad
uersus hyemalem solisortum. pro inequalitate
autem cursuum iterum partem tertiam dedu
centes habebimus in motu continuo stadia duo
milia et trecenta et triginta. Ob inclinationem
uō ad eurum partem sextam inde sumentes in
uenemus distantiam expositorum meridiona
lium stadiorum mille ac nongentorum et
quadraginta. graduum autem ferme trium et
semis cum tertia. post haec transitum a camala
ad auream cherson esum tradit stadiorum mille
ac sexcentorum etiam uersus hyemalem ortum.
Quare et ab hoc numero eque deductis similibo
partibus relinquetur meridionalium ipsorum
distantia stadiorum octingentorum graduum
uō unius cum quadrupli quinta. Vnde colligi
potest distantia a cory promontorio ad aureā
chersonesum graduum triginta et quattuor cum
quadrupli quinta esse.

De nauigatione ab aurea chersoneso ad Cattigara.

NVmerum stadiorum nauigationis
ab aurea cheroneso ad Cattigara
Marinus non tradit. Alexandrū
autem referre dicit terram hinc
opponi meridiei eosq; qui secus ipsius littora na
uigant die uigesima et zabas urbem peruenu
re. inde a zabis contra nothum transfretantes
et presertim a leua diebus aliquot cattigara ap
prendere. Auget quidem distantiam ipse posi
tam intelligens dies aliquot pro pluribus. Inquit
enim ob multitudinem eos numero minime com
pressos fuisse. quod ego ridiculum existimo. Quis
enim dierum numerus infinitus est etiam si totius
orbis ambitus exprimendus sit. Quid Alexan
drum coegit ut cum diceret intelligeret plures
cum de dioscoro dicat plurium dierum nauiga
tionem a raptis ad prasum descripsisse. Equum
quippe magis est ut intelligat quis aliquot pro
paucis quo scilicet modo dici solitum est. Sed ut
non uideamur et ipsi ad multitudinem quandam
certam distantias connectare conferamus nauiga
tionem ab aura chersoneso ad cattigara nauigatio
ni facte ab aromatibus ad prasum promontoriū
positam scilicet uiginti dierum ad zabas et aliq̄t
aliorum ad cattigara. et uiginti similiter dierum
ad rapta iuxta cheophilum ac aliorum plurium
ad prasum secundum diascorum ne quemadmo
dum fecit marinus aliquot dies pro pluribus eque
admittamus cum ostenderimus prasum situm ha
bere sub parallelo distanti contra meridiem ab
equinoctiali gradibus sexdecim cum tertia parte
ac duodecima. et ab eodem equinoctiali uersus
septrionem parallelus per aromata distet gradi
bus quattuor cum quarta colligitur distantia ab
aromatibus ad prasum constare gradibus uiginti
cum duplici tertia. Vnde non incongrue totidem
graduum ab aurea consenoso ad zabas et hinc ad
cattigara ponenda distantia est. Ab aurea aut
chersoneso ad zabas corripere distantiam non
oportet quia perinde transigitur ac si sub equi
noctiali circulo sita foret. cum ea quae interiacēt
loca meridiei opposita protendantur. Distantiā
uō a zabis ad cattigara contrahere decet. cum
nauigatio ea sit uersus nothum et plagam ori

entalem ut situm ad normam equinoctialem habere
possimus. Si ergo medietatem graduum tribuam
utriq; distantie propter ignotum excessum istius
ipsius deinde tertiam partem graduum qui sunt
a zabis ad cattigara decem cum tertia demamus
ob inclinationem adnotatam habebimus distantia
ab aurea chersoneso ad cattigaram equatam situ
equinoctialis graduum vii ac vii ferme cum
sexta. Ostensum est autem a cory promontorio
usq; ad auream chersonesum gradus esse xxx.
ac quattuor cum quadrupli quinta. Vnde tota
distantia a cory usq; cattigara graduum fere qn
quaginta et duorum colligitur. Sed meridiona
lis quidem qui scribitur per principum indi flu
minis paulo iuxta marinum est occidentali pro
montorio septentrionali insule taprobanes quot
cory opponitur et ab isto distat meridionalis de
signatus per hostia uetii fluuii horarum spatis
octo gradibus uō centum ac uiginti. preterea
meridianus huiusce uetii meridiano notato per in
sulas fortunatas abest gradibum quinque unde
colligitur meridianum per cory a meridiano p
insulas fortunatas descripto distare paulo plus
centum ac uiginti et quinq; gradibus. Meridi
anum per cattigara a meridiano earundem
insularum paulo etiam plus centum et septua
ginta ac septem milibus iuxta eandem ferme
distantiam graduum collectorum in parallelo
rhodiensi. sed ponatur longitudinem usq; me
tropolim sinarum integrorum esse graduum
centum ac octuaginta horarum uō duodecim
cum fateantur omnes eam magis orientalem
esse q̄ cattigara. Colligitur enim longitudinem
per insulam rhodum stadiorum esse septuagin
ta et duorum milium.

De his quae in expositione particulari Marinus
dissentit.

Distantias generales sic ergo contra
ximus longitudines s in plagam
orientalem ac latitudinis in sep
tentrionalem ex causis prenotatis. Preterea quarundam ciuitatum situs
in locis pluribus emendandos existimamus ubi
repugnantes et reprobas expositiones tradidit
iuxta diuersas adnotationes ex uarius et incer
tis sumptas edictionibus quemadmodum in lo
corum oppositionibus in cuius preceptis tarra
conem et etenim inquit opponi cesariecq; roa appella
tur ac per hanc dici meridianum duci et per montes
pireneos qui non magis orientales sunt q̄ tarracone
Pachinum opponi magne lepti etiam memorat hi
menam theēnus. A pachino uō ad himenam distan
tiam esse colligit quadringentorum stadiorum. A
lepte autem ad thernas ultra mille ac quingenta
stadia tradit esse. Exquibus themistenes asserit.
Deinde tergestum dicit opponi rauenne. Ab inte
riori uō sinu adriatici maris qui iuxta tilauentum
est fluuium distare inquit tergestum uersus esti
uum solis ortum stadiis quadringentis ac octua
ginta. Rauennam uō uersus hyemalem stadiis
mille. Similiter chellidoneas refert oppositas esse
canopo. A camantia papho paphum sbennytim
Distantiam uō a celidoneys a camanta ipse etiam
ponit stadiorum mille. A canopo ad sbennytim
a Thimostene ponitur ducentorum et nonaginta.
Atqui si sub eisdem meridianis haec distantia eet
maioris parallelo. Deinde dicit pisam a rauenna
distare uersus nothum stadiis septingentis per
partitionem uō climatum et horarum pisam in
tertia rauennam in quarta hora describit. londi
nio etiam britannie Hotomagum cum retulit au
stralius quinquaginta et nouem milibus passuū
in climatibus occidentalibus diffigit. et athos mōs
cum in parallelo per hellespontum situs ab ipso
esset amphipolim et loco sibi circumstantia supra
athum et selymonis fluuii hostia sita sub helle
sponto in quarto climate ponit. Similiter cum
tracia fere tota sub parallelo bizantii locata sit
omnes ipsius urbes mediterraneas in climate quod
supra eundem parallelum est adnotat. Tapezos
dicit etiam se locaturum in parallelo bizantii
dein satala armenie ostendens abesse a trape
zunte uersus meridiem sexaginta millibus in
descriptione parallelorum. bizantii parallelum
per satala non per trapezos dicit. Hilum prae
terea pollicetur ad unguem se descripturum.
Et primum a meridiano plaga ad septentrionē
usq; meroen descendisse uidetur. Similiter et
nauigationem ab aromatibus ad lacus ex quib;
defluit nilus septentrionali uento fieri inquit.
Aromata autem multo orientalia magis sunt
q̄ nilus. ptomaisenum thebarum magis orienta
lis est q̄ meroe et q̄ nilus decem aut duodecim
dierum profectione. Deinde angusthora quae-

uxta ocelem chersonesum et diren sunt magis ori
entalia esse constat ptolomaide et sinu adulitico sta
diis tribus milibus et quingentis. Praeterea etiam illis
orientalibus est magnorum aromatorum promonto
rium stadiis quinq; milibus.

Quod quaedam pretermisit de regionum finibus.

Misit autem ipse quaedam in re
ferendis regionum finibus quê
admodum cum totam misiam
a plaga orientali mari ponticoter
minat. Traciam ab occasu mysia superiori preterea
italia a septentrione non retia aut norico tantum
sed pannonia finit. pannonie autem fines a meri
diani plaga ponit esse dalmatiam tantum italia
